



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 2. Quibus in locis homines pusilli nascantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

uebant. Sed à diluuiò cœpère omnia in peius
ruere, cùm in cæteris rebus, tum maxime in
ijs, quæ artes, atque virtutem concernunt.

Hanc hominum altitudinem, quis non vi-
det hyperbolicam esse? & non solùm nu-
bes, sed etiam fidem atque veritatem ex-
cedere? Interim magnos ab initio homi-
nes fuisse, ac, vt fortes creantur fortibus, à
magnis magnos genitos esse manet; licet
postea decreuerint ita, vt & nos illorum,
& illi, comparatione nostri vel Pygmæi,
vel Gigantes possimus nominari. Rarò
tunc, vel vix staturâ pusillos fuisse genera-
tos existimo; quamquam & terræ præ ter-
ra maiores produxerit, & aliter in vno,
quàm in alio loco formârit, figurârit, co-
lorârit, animârit.

§. II.

Quibus in locis homines pusilli nascantur?

Quamobrem simili modo possumus de
Pygmæis disputare. Vix enim Pygmæus gi-
gantem generabit. Et sunt complures ter-
ræ, in quibus tam equi, quàm homines pu-
silli proueniunt. Ex Scythicis campis, ad
paludes Egypto superiores, vnde Nilus pro-
fluit, ait Aristoteles, grues veniunt, quo in
loco pugnare cum Pygmæis dicuntur. Ibi ergò

M. 3. vult

Aristot.
lib. 8. de
hist. ani-
mal. c. 12.

- Solin. c. 15. & 33. vult Philosophus generari pusillos. Solinus ita scribit: *Vrbem Geranium Scytharum, Caturz am barbari vocant, unde à gruibus Pygmaeos ferunt pulsos.* Et, alio loco. *In Prasia ultra Palimbros iam montana Pygmai tenent.*
- Gell. l. 4. cap. 9. De iisdem etiam meminit Gellius, Ælianus, & Plinius, suprâ citatus. Testatam hanc rem facit etiam D. Augustinus, Isidorus, & alij, inter quos Albertus Magnus ait, *Pygmaeos illos, quos iuxta Nilum degentes diximus, perpetuò pugnare cum gruibus.*
- Ælian. l. 15. de hist. an. m. cap. 29. Eiusmodi homulos comperit Antonius Pigafetta, etiam inter Molucas, in insula Aruchetto; itemq;, in insula Caphi. Paulus Iouius ultra Lapones eos esse testatur, & loquentes garrire semperque esse pavidos ac simijs persimiles. Odericus, in Orientali India quoque, non procul à Quinzai, iuxta Chileses, à se inuentos testatur.
- Plin. l. 1. c. 2 & passim alibi, vt, lib. 4. c. 11. l. 5. c. 29. lib. 6. cap. 19. S. Aug. l. 6. de ciu. c. 8. trium palmarum Pygmæos. Nec mirum est, hoc posse cali climata, aut regiones, cum recens author scribat, inueniri India locum, in quo venti ferreos clathros, ita exedant macerentue, vt friari possint; tutius proinde fenestras ibi querno ligno, quàm ferro clathrari. Si tanta cali atque aëris
- Id. l. 11. Eltym. c. 3. Albertus Mag. l. 7. an mal. tra 1. c. 6. Paul. Iouius lib. de reb. Moscou. cap. 3. Io Ludovic. Getesid. in histor. Antipodum part. I. pag. 10.

aëris est potestas in ferrum, cur non sit
etiam in hominis corpus, vt illud vel con-
trahât, vel extendat?

§. III.

*Natura Authoris esse, rerum naturis cursum
suum relinquere.*

Ob hæc cum perspicuum fiat, regionî,
vel climati sæpe talia esse ascribenda, ex
ordine vtique faciet Naturæ vniuersique
Author, si alibi in hominibus breuitatem,
longitudinem alibi, alibi exhibeat medio-
critatem. Ita qui topiariam faciunt, in
hortis, alio loco humi nascentia fraga,
aut thymum vix è terra eminentem, alio
altiùs se erigentem rorem marinum, alio
ficum caput supra hæc longè efferentem,
alio adhuc celsius prospicientè pyrum ce-
rasumq; , alio denique longissimè vmbra
proijcientè cedrum conserunt prætexunt-
que. Sic per Naturam ludit, in orbe ter-
rarum, diuina sapientia, dum in vna regi-
one producit arcuatis pedibus depressos
pumiliones; in alia staturæ vtitioris ho-
mines; in alia demum gigantes capita al-
ta ferentes. Hoc naturæ ius est; hæc cæli
vis & potentia; istud telluris ingenium,
quod Auctor cæli, terræ, ac totius naturæ